

ergo uxorum, neque totaliter tollit, neque aliquantulum impedit matrimonii primum finem, cum unus vir sufficiat pluribus uxori- bus foecundandis, & educandis filiis ex eis natis, sed secundarium finem, etsi non totaliter tollat, tamen multum impedit, eo quod non facile potest esse pax in familia, ubi uni viro plures uxores junguntur, cum non possit unus vir sufficere ad satisfacendum pluribus uxori- bus ad votum: & tamen, quia communicatio plurium in uno officio causat litem, sicut figuli corru- xantur ad incivem: & similiter plures uxores unius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eo quod sicut Christus est unus, ita, & Ecclesia una: & ideo patet ex dictis, quod pluralitas uxorum quodammodo est contra Legem Naturae, & quodammodo non. Et sic possunt concordari duae sententiae oppositae; quarum prima asserit, hanc pluralitatem esse contra Jus Naturale. Quam tenent Bellarm. Hen- rig. Ledesm. & alii, altera negat, esse contra Jus Naturale: quam tuerent Durand. Abul. Palae. Gonz. in cap. 1. b. t. n. 7. Nos- tram sententiam mediam plures propugnant cum Sanc. de Matr. lib. 7. D. 80. n. 8.

65. Contra tamen, Polyviriam, seu pluralitatem virorum respectu unius uxoris, ut Juri Divino, & Naturali contraria nulla Gentes, quantumvis Barbara unquam admitterent, nec ulla dispensatio permittit. Sic tenet D. Thom. in 3. p. Sup. q. 65. art. 1. qui in 8. arg. sic sibi ob- jicit: de Lege Naturae est, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; sed vir nullomodo velle, quod uxor alium virum haberet: ergo contra Legem Naturae faceret, si uxorem aliam superduceret: Resp. dicendo: Quod illud praeceptum Legis Naturae: quod tibi non vis, alteri ne feceris; debet intel- ligi eadem proportione servata: non enim si Prelatus non vult sibi resisti à subdito, ipse subdito resistere non debet. Et ideo non oportet, ex vi illius precepti, quod sicut vir non vult, quod uxor sua habeat alium vi- rum, quod ipse non habeat aliam uxorem: quia unum virum habere plures uxores, non est contra prima precepta Legis Naturae; sed unam uxorem habere plures viros est contra precepta prima Legis Naturae: eo quod per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis, quod est principalis matrimo- nii finis: in bono enim prolis intelligitur non solum procreatio, sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis, etsi non totaliter tollatur, quia contingit post impre- gnationem primam, iterum mulierem im-

pregnari, ut dicitur in nono de animalibus, in multum impeditur, quia vix potest accidere, quin corruptio accidat, quan- tum ad utrumque factum, vel quantum ad alterum, sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc, quod una mulier plures mari- tos haberet sequeretur incertitudo prolis res- pectu patris, cujus cura necessaria est in educando, & ideo nulla Lege, vel consue- tudine est permittum unam mulierem habere plures viros sicut è converso. Non tamen esset polyviria intrinsecè mala, ut mendacium, & perjurium, à quibus numquam potest malitia separari, ac proinde Deus non potest in eis dispensare: posset tamen Deus in polyviria dispensare de poten- tia absoluta, vel potius conditionem apponere, qua posita, non esset mala, nec prohibita, dando, scilicet foemina facultatem, ut sine injuria mariti corpus suum ad usum, & actus conjugales alii tradat viro, & huic vicissim corpus suum foemina traderet; quod negari Deo non potest ob supremum dominium, quod in omnibus rebus creatis habet. Si potest alicui dominium concedere, ut possit in- vito Domino rem accipere, & in vitam alterius, ut possit occidere innocentem. Major. Laym. Sanc. de Matr. lib. 7. D. 80. n. 15. contra Bellarm. lib. 1. de Matr. cap. 11. Nulla tamen Lex Humana, etiam Pontifi- cia potest in polygamia, seu pluralitate uxorum dispensare, cap. 8. de Divort. Dic. Thom. in 4. D. 33. q. 1. art. 2. nec ulla consue- tudo, etiam immemorialis potest licitam facere polygamiam, nam consuetudo neutiquam potest contra Jus Divinum prevalere, cap. fin. de Consuet. D. Antonin. Covar. de Spons. p. 2. cap. 7. §. 3. n. 1. Sanc. de Matr. lib. 7. D. 80. n. 10. Nisi fundetur in revelatione, seu dispensatione Divina, cap. 7. §. 2. q. 4. cap. 8. de Divort. D. Thom. in 3. p. Sup. q. 65. art. 2. in corp. ibi: Lex autem de unitate uxoris non est humanitas, sed divinitus instituta, nec inquam verbo, aut litteris tradita, sed cordi impressa, sicut, & alia, quae ad Legem Naturae qualitercumque pertinent, & ideo in hoc à solo Deo dispensatio fieri potuit per inspira- tionem internam, quae quidem principa- liter Patribus Sanctis facta est, & per eor- um exemplum ad alios derivata est eo tem- pore, quo oportebat, predictum naturae praeceptum praetermitti, ut major esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educande: semper enim principalior finis, magis ob- servandus est, quam secundarius: unde cum bonum prolis sit principalis matrimonii fi- nis, ubi prolis multiplicatio necessaria

erat,

TIT. V.

De conditionibus apposis in desponsatione, & aliis contractibus.

erat, debuit negligi ad tempus impedimen- tum, quod posset in secundariis finibus, evenire: ad quod removendum praeceptum pro- hibens pluralitatem uxorum ordinantur. Et postea ad 5. ait: Non est inconveniens, si propter bonum prolis aliquid detrahatur aliis duobus bonis; nec tamen omnino tol- lantur, quia fides manet ad plures, & Sa- cramentum aliquomodo, & quamvis non significaretur conjunctio Christi ad Eccle- siam, in quantum est una, significatur ta- men distinctio graduum in Ecclesia per pluralitatem uxorum, quae quidem non so- lum est in Ecclesia Militante, sed etiam in Triumphante, in qua sunt diversae mansio- nes.

66. Attentant secundas nuptias, primi durantibus, de Jure Civili incurrunt Infamiam. L. 1. ff. de His, qui not. infam. & in aliquibus Regnis morte puniuntur. Jure Canonico, olim scienter cum alterius uxore contrahenti imponebatur publica poenitentia per septem annos, cum jejunio per 40. dies in pane, & aqua, quod carenam dicebant, cap. 2. b. t. Hodie tamen hoc non obtinet, sed arbitrio Confessario- rum imponitur poenitentia. Insuper, sic contrahens per verba de presenti scienter cum alterius uxore, & eam, vivente adhuc primo ejus marito cognoscens, incurrit criminis impedimentum, ita ut etiam mortuo primo marito, non possit cum ea contrahere. De quo in Tit. 7. In nostra Hispania variae poenae adversus polygamos fuerunt statutae. In L. fin. tit. 17. p. 7. Et olim ferro candenti haec littera Q in fronte eis imprimebatur. L. 5. tit. 1. lib. 5. R. C. & ibid. Azeved. Sed jam hodie hoc crimine reservatur S. Inquisitionis Tribunali, ut constat Ex Edicto Generali, num. 11. O si aliqua persona se ha casado segunda, ó mas veces, viviendo su primera muger, ó marido. Et quidem publice confusio exponuntur, & publica afficiuntur ignominia, capiti imposita mitra infami, Hispanae: Corozca, in publico suggestu, fustibusque caeduntur, & per quin- quennium ad tres menses damnantur. Gonz. in cap. 2. b. t. num. 6. Accord. in L. 5. tit. 1. R. C. num. 3. & alii. In Hispania quidem polygami abjurant de levi: in Italia tamen de vehementi adjurant. Quando conjugatus contrahit sponsalia de futuro cum alia; etiam polygamus censetur, & ad forum Inquisitionis pertinet, & ibidem juxta delicti qualitatem puniuntur. Sic ex Simancae, & alii afferunt Caesar Carena de Offic. In- quisit. p. 2. tit. 5. Dian. in Summ. V. In- quisitionum Jurisdictio, num. 166. & alii.

Tom. II.

67. NON sumitur in presenti con- ditio pro statu hominum, ut in §. fin. Inst. de Jur. personar. Nec pro Lege, seu pacto contractus, ut in L. 7. C. de Pactis: sed pro circumstantia alicui dispo- sitioni adjecta, à qua pendet dispositio, & frequentissime explicatur hac dictione: Si, v. g. Si mihi das centum, dabo tibi equum. Aliquando, etiam his particulis explicatur. Nisi: dummodo, donec, quan- do, ubi, cum, quando, & similibus. Et sic definitur à Rege N. in L. 1. tit. 4. p. 4. ibi: Condicion tanto quiere decir, como pleyto, ó postura, que es fecha sobre otro pleyto, con esta palabra si, é es de tal manera, que si se cumple, confirma el pleyto sobre que es puesta; é si por aventura desfallere, non vale la postura principal. Condicio verè, & proprie talis est oratio dispo- sitionem in tempus, & eventum futurum incertum suspendens. Ita ut verificata con- ditione, dispositio teneat, & ea deficiente, etiam deficiat dispositio. L. 1. tit. 4. p. 4. Gonz. in cap. 1. b. t. num. 4. Hinc non sunt proprie conditiones, conditio neces- saria; v. g. si Sol eras oritur: non praeterita, nec praesens; v. g. si Navis ex oriente venit, vel si Rex vivit. L. 10. ff. de Condit. Inst. Nec conditio impossibili- lis per naturam; v. g. si digito Caelum te- tigeris, quia haec omnes, vel non suspendunt dispositionem; vel non pendunt ab eventu contingenti. Matrimonium sub conditione necessaria contractum, non suspenditur, sed statim valet; arg. L. 9. §. 1. ff. de Novat. Imò etiam si sit contin- gens, infallibiliter tamen sit eventura; v. g. si venerit Anti-Christus. Sanc. de Matr. lib. 5. D. 2. num. 7. Conditio, vel est expres- sa, quae verbis expressis apponitur, vel tacita, quae licet non exprimitur, sub- intelligitur. Et haec si exprimitur eo modo, quo inest, non reddit contractum conditionatum: secus si aliter, ac inest adjiciatur; v. g. Tecum contraham, si Ecclesia, nullum in hoc matrimonio impedi- mentum esse judicaverit. Nam tunc, mat-rimonium suspenditur, donec Ecclesia suum judicium proferat. Sanc. de Matr. L. 5. D. 1. ex n. 12. In omnibus ergo con- ditionibus potius contrahentis mentis, &

F 2

in-

intentioni, quam conditionis verbis attendendum est. *Sanch. de Matr. l. 5. d. 2. num. 3.* Sponsalibus, & matrimonialibus, sicut & ceteris contractibus, potest adiacere conditio honesta, & possibilis ab eventu futuro contingente pendens; & etiam si conditio sit impertinens: nam hæc nullo jure reprobatur; *arg. cap. 5. h. t. Sanch. de Matr. l. 5. d. 18. num. 3.* contra alios, siquidem sponsalia non sunt ex illis actibus legitimis, quibus acquiritur conditio apponi, *L. 77. ff. de Reg. jur.* Imò expresse in jure permittitur, tales conditiones apponi, *cap. 3. cap. 5. h. t. l. 3. tit. 4. p. 4.* in praxi tamen vis tales conditiones apponuntur ob magna inconvenientia, quæ possunt fieri.

68. *Conditio ergo suspendit obligationem, & valorem sponsalium, & matrimonii, quamvis ipsa pendet; arg. L. 97. §. 2. ff. de V. O. & ibid. Gotofr. l. 1. tit. 4. p. 4. ibi: E por ende fasta que sepan cierto, si la condicion se cumple, & non, está el pleyto principal, sobre que es puesta, en pendencia.* Impleta tamen conditio, statim absque novo consensu inducit obligationem absolutam, & perficitur matrimonium, quia consensus tempore contractus appositus perseverat moraliter cum impletur conditio: sicut accidit etiam in contrahente per Procuratorem, quin in hoc casu novus requiratur consensus: nec in aliis contractibus est necesse novum consensum apponere tempore conditionis impletæ, sed per ipsam purificationem conditionis contractus perficiuntur. *L. 7. ff. de Contrab. empt.* Et idem accidit in sponsalibus; *arg. c. un. de Sponsal. in 6.* quo ergo fundamento aliud de matrimonio dicemus, cum etiam quando consideratur, ut Sacramentum non amittit naturam contractus? Sic *Innoc. Host. Navar. Man. cap. 22. num. 63. Sanch. de Matr. l. 5. d. 8. num. 5. & alii*, & hoc observat in praxi Curia Romana, etiam post Trid. teste *Fagnan. in cap. 5. h. t. num. 4. contra D. Thom. in 4. dist. 29. q. un. art. 3. Sanch. de Matr. l. 5. d. 6. num. 1.* Quando adjectur sponsalibus conditio in futurum eventum contingentem pendens, suspenditur contractus valor. Quod si sequatur copula, censentur sponsi ab eventu conditionis recessisse, velleque absolute contrahere, *cap. 3. cap. 5. h. t. l. 3. tit. 4. p. 4.* Matrimonium tamen sub conditione de præterito, vel præsentis, hac non verificata, ubi Trid. est receptum, non conyalescit per subsequatam copulam, nam cum præcedens matrimonium sit nullum, hæc copula est fornicaria: ac proinde non est apta ad confirmandum matrimonium, nisi coram Parocho, & testibus declarent, se velle à conditione recedere, novumque matrimonium contrahere. *Covar. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 13.* Si sponsalia, vel matrimonium sub conditione in futurum beneplaciti paterni contrahantur, suspenduntur, quousque conditio verificetur; sed hæc conditio non requirit consensus positivum, sed tantum negativum, quare sufficit, si pater sciat, & taceat, nec contradicat. *Silv. Rosel. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 7. num. 12. contra Navar. Man. cap. 22. num. 63. & alios:* quia talis conditio adjectur, ne pater ægrè ferat matrimonium; & certe, si ipsi non pla-

est de futuro, sed eadem ratione, etiam quando est de præterito, vel præsentis. Sed jam perfectio matrimonio per adimpletionem conditionis potest contrahens ad cohabitandum conjugii compelli; si altera pars istud petat; *arg. cap. 5. h. t. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 8. num. 6.* Et quamvis expediret, ut Parochus, & testes tempore conditionis impletæ interessent, non tamen est necessarium, cum conditio retrotrahatur ad tempus, quo fuit adjecta, & ex tunc censetur matrimonium contractum: sufficit ergo, quod tempore conditionis adjectæ intersint Parochus, & testes. *Navar. cons. 1. h. t. num. 6. Rodrig. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 8. num. 24. Fagnan. in cap. 5. h. t. num. 5. & Sac. Congreg. declaratum, & à S. Pio V. & Clem. VIII. confirmatum testatur.* Contrariam sententiam tenent *Rebel. Conink. Laym. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 7. num. 3. & alii.*

69. Si contrahentes apponant in sponsalibus, vel matrimonio conditionem de præterito, vel præsentem non suspenditur contractus, sed statim valet, si conditio vera est: vel non valet, si conditio est falsa; sicut accidit in aliis contractibus. *L. 37. ff. de Reb. credit. D. Thom. in 4. dist. 29. q. un. art. 3. q. 3. Sanch. de Matr. l. 5. d. 6. num. 1.* Quando adjectur sponsalibus conditio in futurum eventum contingentem pendens, suspenditur contractus valor. Quod si sequatur copula, censentur sponsi ab eventu conditionis recessisse, velleque absolute contrahere, *cap. 3. cap. 5. h. t. l. 3. tit. 4. p. 4.* Matrimonium tamen sub conditione de præterito, vel præsentis, hac non verificata, ubi Trid. est receptum, non conyalescit per subsequatam copulam, nam cum præcedens matrimonium sit nullum, hæc copula est fornicaria: ac proinde non est apta ad confirmandum matrimonium, nisi coram Parocho, & testibus declarent, se velle à conditione recedere, novumque matrimonium contrahere. *Covar. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 13.* Si sponsalia, vel matrimonium sub conditione in futurum beneplaciti paterni contrahantur, suspenduntur, quousque conditio verificetur; sed hæc conditio non requirit consensus positivum, sed tantum negativum, quare sufficit, si pater sciat, & taceat, nec contradicat. *Silv. Rosel. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 7. num. 12. contra Navar. Man. cap. 22. num. 63. & alios:* quia talis conditio adjectur, ne pater ægrè ferat matrimonium; & certe, si ipsi non pla-

ceat, statim contradiceret, atque adeo ejus taciturnitas pro consensu haberetur, juxta *cap. 43. de Reg. jur. in 6.* Si verò pater prius dissentiat, licet postea consentiat, non valet contractus; *arg. L. 29. ff. de Condit. & demonstrat. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 7. num. 9. contra Navar. Man. cap. 22. num. 63. & alios.* Si duo matrimonia sub conditione contingente contrahantur, illud præferatur, & valet, cujus conditio prius est impleta: nam tunc idem est, ac si illud absolute esset contractus; ac proinde aliud non habet locum. Si utraque conditio simul existit, cum ignoratur, quodnam sit prius, vel posterius, utrumque ob incertitudinem vitatur. Ut ex *cap. 10. de Sponsal.* deducit communiter DD. *Gregor. Lopez in l. 3. tit. 4. p. 4. V. Si me dieres. Barbus in cap. 5. h. t. num. 4. Sanch. de Matr. l. 1. d. 8. num. 15. contra aliquos.* Quando sponsalia sunt contracta cum duobus sub conditione, priora præferuntur secundis, etiamsi conditio adjecta secundis sponsalibus prius adimpleatur: quia qui prima sponsalia celebravit, nec licet, nec valide potuit secunda contrahere, durante, & non extincta priorum obligatione. Nam quod semel placuit amplius displicere non potest, *cap. 21. de Reg. jur. in 6.*

70. In contractibus, & in matrimonio, etiam possunt apponi *modus, causa, & demonstratio*, quæ sunt conditioni affinia. *L. 2. tit. 4. p. 4.* Et aliquando idem valet, ac conditio, quia suspendunt, & pendunt in futurum eventum; ac proinde, quod de conditionibus dictum est, debet de ipsis dici, cum non intentio verbis, sed verba intentioni deservire debeant, *cap. 6. de V. S.* Si enim contrahentes velint, contractum valere, solum post eventum modi adjecti, talis modus erit conditio: si verò velint, contractum statim valere, & modum tamquam onus adficiant, erit modus verè talis, ut à conditione distinctus. *Modus* ergo tunc proprie apponitur, quando aliquod onus adjectur, ad quod contrahens obligatur post contractum perfectum, & solet explicari dictione: ut *L. 2. tit. 4. p. 4. & ibid. Greg. Lop.* Et tunc, non suspenditur actum, & etiam si impossibilis sit, turpis, vel illicitus non vitiat matrimonium: sed talis modus pro non adjecto habetur ob matrimonii favorem: quod proinde statim valet. *Sanch. de Matr. lib. 5. d. 19. num. 7. Molin. de Just. & jur. tr. 2. d. 208.* Idem de modo adjecto contra substantiam matrimonii tenent. *Barthol.*

Rosel. Leasesm. Perez, & alii, dicendum tamen est, quod sicut conditio contraria matrimonii substantiæ illud vitiat, ita modus. Nam satis per ejus appositionem significatur animus, & non aliter contrahendi, quam sub illo modo. V. g. *contrahere tecum, donec inveniam aliam te ditionem.* Et cum hoc destruat ipsam matrimonii substantiam, idem est, sub hoc modo velle, ac absolute nolle. *Greg. Lop. in l. 5. tit. 1. p. 4. Covar. de Sponsal. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 8. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 19. num. 5. Barbus in cap. fin. h. t. num. 5.* Etiam in matrimonio solet adiacere causa contrahendi, quæ dictione quia significatur. *L. 2. tit. 4. p. 4. Demonstratio* fit, quando ponitur aliqua qualitas, ut persona, cum qua contrahitur, determinetur. V. g. *contrahere tecum; quæ primogenita Principis es.* *L. 2. tit. 4. p. 4.* Si sponsalia, vel matrimonium ex certo die, vel incerto contrahantur, habentur tamquam conditionalia: sicut ante diem adventum nullam obligationem produciunt: Etiam usque ad certum diem sponsalia contrahi possunt, sicut possunt sub conditione resolutiva: secus matrimonium: nam hoc semel contractum vinculum indissolubile inducit, consequenterque sub conditione resolutiva non potest contrahi.

71. Si aliquæ conditiones contra substantiam matrimonii apponantur, quæ sint de præterito, vel præsentis, & non afficiant matrimonium in futurum, non vitiant matrimonium, sed eis existentibus valet: eis deficientibus deficit matrimonium: quia solum inspicitur executio illorum actuum: quæ non est contra substantiam matrimonii, sed tantum obligatio ad eos exequendos. *Covar. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 9. Barbus in cap. fin. h. t. num. 8. Sanch. de Matr. lib. 5. d. 9. num. 6. & 7.* Si vero conditio sit de futuro, nullum est matrimonium, *cap. fin. h. t. l. 5. tit. 4. p. 4.* In tribus enim bonis consistit matrimonii substantia, & non in pluribus: scilicet in bonis *proli, fidei, & Sacramenti.* Nam matrimonium est in officium naturæ, & est Sacramentum Ecclesiæ: in quantum est in officium naturæ duobus ordinatur, sicut & quilibet alius virtutis actus, quorum unum exigitur ex parte ipsius agentis, & hoc est, intentio finis debiti: & sic ponitur finis matrimonii *proli.* Aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonum in genere ex hoc, quod cadit supra debitam materiam; & sic est *fides*, per quam homo ad suam accedit, & non ad aliam. Sed alterius habet ali-

aliquam bonitatem, in quantum est Sacramentum; & hoc significatur ipso nomine *Sacramenti*. *D. Thom. in 3. p. Sup. q. 49. art. 2. in corp.* Consistit ergo matrimonii substantia. 1. in bono prolis, quod stat in obligatione ad exhibendos actus aptos ad prolis generationem. Et quidem in prole, non solum intelligitur procreatio prolis, sed etiam educatio ipsius: ad quam sicut ad finem ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum, & uxorem, in quantum sunt in matrimonio conjuncti; ac proinde contra hoc bonum est conditio de evitanda prolis generatione, vel de procuranda sterilitate, vel de seminando extra vas, vel de abortu procurando, vel de prole jam nata enecanda: similiter pactum de nona petendo, vel non reddendo debitum, quando alter habet jus petendi, quamvis non licite peteret. Nam in matrimonio debet dari mutua, & totalis corporum traditio, cum æquali jure ex parte utriusque. Etiam contra hoc bonum est pactum de nunquam cohabitando; conditio tamen, de non cohabitando ad tempus stinetur. *Sanch. de Matr. lib. 5. D. 10. ex num. 4.* Consistit 2. in bono fidei, quod stat in servanda mutua fidelitate, tum in redditione debiti; tum in eo, quod alteri non se immisceant. Contra hoc bonum est conditio excludens obligationem radicalem ad actus conjugales, vel obligationem imponens se aliis prostituendi. Nec enim sumitur hic fides, prout est virtus Theologica; sed prout est pars justitiæ, secundum quod fides dicitur ex hoc, quod fiant dicta in promissione matrimonii. *D. Thom. in 3. p. q. Sup. q. 49. art. 2. ad 2. & 3.* In bono Sacramenti denique stat matrimonii substantia: hæc consistit in vitæ societate individa, in quo non solum intelligenda est indivisio; sed omnia illa, quæ consequuntur matrimonium ex hoc, quod est signum conjunctionis Christi, & Ecclesiæ: & omnia, quæ ad inseparabilitatem hujusmodi significationem pertinent. *D. Thom. in 3. p. Sup. q. 49. art. 2. ad 4. & 7.* Contra hoc bonum est conditio resolutive matrimonii ejus perpetuitatem dissolvens. V. g. duco te, donec aliam ditionem, vel nobiliorem inveniam. Etiam est nullum matrimonium à Judæis, vel Paganis celebratum sub conditione dandi libellum repudiij juxta eorum Leges; quippe hodie abrogato à Christo Domino libello repudiij, est contra indissolubilitatem, & substantiam matrimonii

talis conditio, ac proinde illud vitiat. *Covar. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 1. num. 5. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 12. num. 3.* Similiter, si infideles apponerent conditionem habendi tot uxores, quor alere possent, vitaretur matrimonium. *Sanch. de Matr. L. 5. D. 12. num. 4.* Jus etiam naturale dicitur, quod nihil potest consistere sine ejus substantia: hinc matrimonium, in quod non aliter consentiunt contrahentes, quam sub conditione ejus substantiam destruentem chymericum est, nec valet subsistere, consequenterque ut matrimonium subsistat, debet in se ea bona, in quibus ejus substantia consistit, habere, unde ait *August. in cap. 10. 27. q. 2. ibi: Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis Parentibus Christi, proles, fides, Sacramentum: prolem cognoscimus ipsum Dominum Jesum: fidem, quia nullum adulterum: Sacramentum, quia nullum divorcium. Solus ibi concubitus nuptialis non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine illa pudenda carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Quod corroboratur ex cap. fin. b. t. ibi: Si conditiones contra substantiam conjugij inserantur, puta si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam honore, vel facultatibus digniorem, aut si pro questu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus quantumcumque sit favorabilis caret effectu. L. 5. tit. 4. p. 4.*

72 Quando Pontifex in cap. fin. b. t. decidit, conditiones contra matrimonii substantiam illud vitare, solum facit mentionem conditionum turpium: & hinc *Abulens. Palud. Ponce de Matr. L. 3. cap. 11. num. 5. & alii tenent*, matrimonium non vitari per conditionem honestam, etiam si contra substantiam matrimonii sit: v. g. si conjuges contrahant, sub conditione servandi, vel vovendi perpetuam castitatem; quod exemplo B. Virginis intendunt comprobare. Sed cum ratio Textuum sit generalis, & comprehendat, etiam conditionem honestam matrimonii substantiæ appositam, dicendum est, casus ibi positos solum se habere, ut exempla, quæ non restringunt regulam. *D. Thom. in 4. dist. 28. q. un. art. 4. ad 3. D. Bonav. Sob. Covar. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 3. Sanch. de Matr. L. 5. D. 10. num. 2. & 3. Barb. & Gonz. in cap. fin. b. t. n. 8. in fin.* Licet enim substantia matrimonii non consistat in copula, vel intentione eam exigendi, vel reddendi. *L. 30. ff. de Reg. jur. Consistit*

tamen in obligatione ad actus conjugales exercendos, quæ ex mutua corporum traditione oritur: quam obligationem excludunt contrahentes apponendo conditionem servandæ, vel vovendæ castitatis. Si tamen post contractum matrimonium contrahentes apponant pactum, vel conditionem servandi castitatem, servanda est, quia cum jam sit perfectus contractus, per talem conditionem non vitatur. Etiam quando contrahentes ante matrimonium voverant castitatem, valet matrimonium; illicitum tamen est. Siquidem postea in ipso contractu traditur jus ad copulam, sicut res Sejo vendita adquiritur Sempronio, si ipsi vendatur, & tradatur, non obstante prima conditione. At verò quando conditio servandi castitatem apponitur in ipso contractu, efficaciter impedit corporis translationem, ac proinde irritat matrimonium. B. Virgo contraxit matrimonium sine consensu ad copulam, sed consensit in traditionem juris, & potestatis in corpus suum. Et quidem licite, non obstante voto castitatis, siquidem ex Divina revelatione sciebat, debitum non esse exigendum, cap. 3. 27. q. 2. *D. Thom. in 4. D. 30. q. 2. art. 2. ad 1.* Et omnia bona matrimonii in illis nuptiis fuerunt; & quidem sine carnis concupiscentia, sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato. Sic *August. jam citatus in cap. 10. 27. q. 2.* Si apponatur hæc conditio, ut liceat ante consummationem ingredi religionem, cum sit imbibita Jure Communi in matrimonio rato non est contra ejus substantiam, sicut, nec quævis alia, quæ matrimonio insit: esset tamen si apponeretur conditio; quod ambo, vel alter Religionem ingredi teneretur ante, vel post consummationem, quia imponit obligationem, quæ Jure Communi non inest, & tollit mutuum corporum traditionem, ac proinde nullum reddere matrimonium. *Sanch. de Matr. lib. 5. D. 10. n. 6.*

73 Conditio sponsalibus apposita contra substantiam matrimonio, si adimplenda sit post matrimonio contractum vitat sponsalia; arg. *L. 16. ff. de Sponsal. D. Thom. in 4. D. 27. q. 2. art. 1. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 14.* si est adimplenda ante matrimonium, & ad eorum dissolutionem tendat; v. g. *Ducam te, nisi aliam ditionem, ante matrimonium inveniam:* cum sponsalia ex se dissolubilia sint, & sub conditione resolutoria contrahi possint; nec ipsa, nec matrimo-

nium per talem conditionem vitantur. Si conditio sit contra matrimonii fidem; v. g. *Ducam te, si ante matrimonium forniceris,* non vitat matrimonium, quia ad ejus fidem solum pertinet, quod uxor post sui corporis traditionem in matrimonio, secus antea, illud alteri non tradat, nec vitat sponsalia rejecta conditione, tamquam turpi. Si bono prolis sit contraria conditio; v. g. *Ducam te, si sumas potionem, ut sterili efficiaris:* cum sit contra substantiam matrimonii, vitat sponsalia, & matrimonium. *Sanch. de Matr. lib. 5. D. 14.*

74 Conditio equidem impossibilis alia est defecto, seu per naturam, seu physice impossibilis, quando scilicet, ipsa natura repugnat ejus existentia; v. g. si hæc apponatur conditio. *Contraham tecum si digito Caelum tetigeris; vel si mare ebiberis.* Alia est impossibilis de jure, quæ scilicet, jure prohibente, nequit fieri, id enim tantum posse censetur, quod de jure possumus; v. g. *Contraham tecum, si cecideris Titium, vel si furtum feceris. L. fin. tit. 4. p. 4.* Conditio ergo impossibilis contractibus adjecta eos vitat, §. 11. *Inst. de Inst. stipulat. L. 31. ff. de O. & A.* Et hæc ratione de Jure Antiquo etiam vitabat matrimonium: adjecta tamen ultimis voluntatibus eas non vitat, sed favore ultimarum voluntatum fuit statutum, ut potius ipsa conditio vitaretur, & pro non adjecta haberetur, §. 10. *Inst. de Hæred. instit.* Hinc Pontifex considerans, matrimonium non debere esse minus favorabile, quam testamentum, statuit in cap. fin. b. t. & expresse habetur in *L. fin. tit. 4. p. 4.* Quod conditio impossibilis in matrimonio apposita, tolleretur de medio; quia joco potius quam animo serio adjecta censetur; nec Ecclesia in hoc supplet consensum, sed in dubio illum præsumit, ne matrimonium, semel contractum, facile dissolvatur cum gravi animarum periculo, & fidelium scandalo. Sic *Sanch. de Matr. lib. 5. D. 3. n. 15. & 19. & alii, contra Ponce. lib. 3. de Matr. cap. 4. n. 10. & alios,* qui tenent, non esse ibi novum jus stabilitum, sed tantum declaratum Jus Naturale. Et idem, ac statutum est in matrimonio, etiam in sponsalibus statutum censetur, ac proinde, etiam à sponsalibus est rejicienda conditio impossibilis. *D. Thom. in 4. D. 27. q. 2. art. 1. in corp. D. Bonav. D. Anton. & alii cum Sanch. de Matr. lib. 5. D. 17. n. 2. contra Ledem. & alios, & expresse habetur in L. fin. tit.*

tit. 4. p. 4. ibi: *Tales condiciones, como etas, non valen nada, maguer las pongan, non se desatorcan por ellas las desposajas, nin los casamientos, maguer non se puedan complir.* Non solum conditio impossibilis de futuro, sed etiam de presenti, & præterito tollitur de matrimonio, quia tam una, quam altera non potest adimpleri: & tam in una, quam in altera idem favor debet fieri matrimonio: cum hæc sit ratio quæ movit Pontif. in cap. fin. h. t. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 2. n. 2. Greg. Lop. in L. fin. tit. 4. p. 4. V. Monte de Oro. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 4. n. 3. contra Sylv. Ponc. L. 4. cap. 4. num. 12. & alios. Sed cum talis conditio tollatur ab Ecclesia, quia non serio, & animo dissendendi, sed joco censetur adjecta; hinc si ex circumstantiis colligatur, adjectam esse serio, cognita ejus impossibilitate, vitabitur matrimonium. Si verò dubitetur, quo animo est adjecta in favorem matrimonii præsumit Ecclesia præsumptione juris tantum joco, & non serio adjectam esse; arg. cap. fin. de Sentent. & re judicat. Idem est, si contrahentes ignoraverint conditionis impossibilitatem; nam tunc in eventum, quem possibilem credebant fertur consensus. Unde cum eventus impossibilis fit, irritum est matrimonium, vel si contrahentes ignorent favorem juris ex cap. fin. h. t. In quo talis conditio pro non adjecta habetur, nam tunc censetur potius dissendisse, secundum impossibilitatem conditionis, quam consensisse attentum favore juris, quem ignorant. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 8. §. 1. n. 9. Sanch. de Matrimon. lib. 5. D. 3. num. 8. Gonz. in cap. fin. h. t.

75 **C**onditio, non absolute impossibilis, sed tantum impossibilis moraliter, sed valde difficilis, quæ etiam solet appellari impossibilis defacto. Si attentis circumstantiis non possit à parte adimpleri, animo magis jocandi, quam dissendendi esse adjectam, à paritate impossibilium, tenendum est: ac proinde rejicienda erit; secus si serio exigatur ejus adimpletio. Barb. in Rub. h. t. n. fin. Si volentes contrahere matrimonium sciunt, se impedimento aliquo dirimente laborare, & nulla facta dispensationis mentione matrimonium absolute promittant, promissio, ut contra Leges facta nulla est. L. 35. §. 1. ff. de V. O. L. 14. tit. 4. p. 6. promissio enim secundum jus temporis presentis secundum quod accipi debet est facta inter personas ad ma-

trimonium inhabiles, ac proinde nullam obligationem producit, ut contra Sot. Tabian. & Armil. tenent Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. n. 7. Sanch. de Matrim. lib. 5. D. 5. n. 26. Valent tamen, & etiam licita sunt sponsalia, & matrimonium contractum sub conditione dispensationis inter laborantes impedimento purè Ecclesiastico, in quo solet Papa dispensare ex juxta causa, & contrahentes causam justam habent: quia supposita dispensatione, sub qua contrahunt, habiles sunt ad matrimonium contrahendum: ac proinde hoc valer, & posita dispensatione absolute contrahitur. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. n. 9. Sanch. de Matrim. lib. 5. D. 5. n. 12. & 13. & alii, contra Host. Sot. Henric. & alios. Ille verò qui sub tali conditione primo promisit matrimonium, tenetur etiam dispensationem petere, ut medium necessarium ad effectum promissionis. Sed cum negotium commune sit, ab utraque parte debent sumptus impendi. Sanch. de Matrim. lib. 5. D. 5. n. 36. & 37. contra alios. Si impedimentum sit tale, in quo Papa non solet dispensare; v. g. si matrimonium contrahatur cum Sacerdote sub conditione, si Papa dispenset, est nullum, & conditio reputatur impossibilis, ut à voluntate Principis dependens. Idem est, etiamsi solet dispensare Pontifex, requiritur tamen causa justa, & hæc contrahentes sint destituti: quippe tunc nullum est matrimonium, etiamsi firmatum sit juramento; quia juramentum non est vinculum iniquitatis, cap. 18. de Jur. jurand. Sanch. de Matrim. lib. 5. D. 5. ex n. 2. Vide quæ diximus, tit. 1. h. t. lib. 4. n. 4. in fin.

76 **C**onditio impossibilis de jure, seu turpis de futuro, & quæ non sit contra substantiam matrimonii, quando adjecta à contrahentibus consensu constitutionis in cap. fin. h. t. habentis tales conditiones pro non adjectis, vel quando dubitatur, quo animo est adjecta, & quando ab ipsis cognoscitur ejus turpitudine, favore matrimonii tollitur de medio, & potius joco, quam serio animo censetur adjecta; arg. cap. fin. de Sentent. & re judicat. Non verò tolluntur, sed potius vitiant, si alter contrahentium ignoret favorem juris in cap. fin. h. t. Vel si certò sciatur, animo serio adjecta esse; vel quando ipsi contrahentes ignorant eorum turpitudinem. Sanch. de Matrim. lib. 5. D. 15. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 2. n. 6. si hæc turpis conditio sponsalibus ad-

adjectatur pro non adjecta, sicut in matrimonio, habetur. In cap. fin. h. t. L. fin. tit. 4. p. 4. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 17. num. 2. **C**onditio turpis de presenti, vel præterito, cum non sit proprie conditio, nec ad peccatum invitet, non tollitur de medio per cap. fin. h. t. cum ejus ratio tunc cesset. D. Thom. in 4. D. 29. q. un. art. 3. Barb. in cap. fin. h. t. n. 8. Covarr. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 15. num. 5. Hæc conditio: *Si te virginem invenero tecum contraham;* relata ad illicitam explorationem per coitum, ut turpis tollitur de medio. Si referatur ad modum licitum, scilicet per depositionem Matronarum, & famam viciniæ; quia non est turpis, suspendit contractum. Navar. Man. cap. 22. n. 66. Covarr. de Spons. p. 2. cap. 3. §. 2. n. 12. Barb. in cap. 6. h. t. n. 6. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 16. n. 7. Hæc conditio: *Si mecum concubueris:* ad concubitus ante matrimonium relata, illicita, & turpis est, ac proinde tollitur. Si verò referatur ad concubitus post matrimonium, sed intra bimestre ad deliberandum datum, contractum suspendit. Si verò ad concubitus post bimestre referatur, cum ipso jure insit, etiamsi exprimat, non habet rationem conditionis, nec suspendit contractum, sed purus habetur, tamquam si adjecta non esset. L. 69. ff. de Hered. inst. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 16. ex n. 1. Hæc conditio: *Si mihi centum donaveris;* si ex justa causa sit adjecta est honesta conditio: ac proinde obligat, suspenditque, vel sponsalia, vel matrimonium; arg. cap. 3. h. t. L. 3. tit. 4. p. 4. secus, si ex causa inhonesta procedat; nam tunc, ut turpis rejicitur. Barbos. & Gonz. in cap. 3. h. t. Sanch. de Matrimon. lib. 5. D. 6. n. 6.

TIT. VI.

Qui Clerici, vel voventes matrimonium contrahere possunt.

77 **O**rdo Sacer, scilicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium ex institutione, & præcepto Ecclesie habet connexum votum castitatis solenne, ita ut sit impedimentum matrimonii dirimens: ac proinde matrimonium post Ordinis Sacri susceptionem contractum, est nullum, non solum in Occidentali, seu Latina Ecclesia, sed

etiam in Græca, seu Orientali Ecclesia, cap. 8. D. 27. cap. 7. D. 32. Can. 25. Apostol. tit. 4. p. 4. Sanch. de Matr. lib. 5. D. 17. num. 2. b. t. cap. un. de Vot. in 6. Triad. sess. 24. de Matr. Can. 9. L. 16. tit. 2. p. 4. & expressè habetur in L. 39. tit. 6. p. 1. ibi: *Otrosi, que non pueden casar desque ovieren Orden Sagrada; e si casaren, que non vale el casamiento.* Sanch. de Matrim. lib. 7. D. 28. n. 3. Quando in cap. un. in fin. 35. q. 1. dicitur, quod Ecclesia; quedam consilia perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum, intelligitur, quod addidit ex præcepto, quod antecesserit erat de consilio. Rationem, & congruentiam inducendi hoc impedimentum reddidit. D. Thom. in 3. p. Suppl. q. 53. art. 3. in corp. ibi: *Responsivo dicendum, quod Ordo Sacer de sui ratione habet ex quadam congruentia, quod matrimonium impedire debeat, quia in Sacris Ordinibus constituti Sacra Vasa, & Sacramenta tractant, & ideo deens est, ut munditiam corporalem per continentiam servent. Sed quod impedit matrimonium ex constitutione Ecclesie habet; tamen aliter apud Latinos, quam apud Græcos, quia apud Græcos impedit matrimonium contrahendum solum ex vi ordinis; sed apud Latinos impedit ex vi ordinis, & ultterius ex voto continentie, quod est Ordinibus Sacris annexum: quod etiamsi quis verbo tenus non emittat, ex hoc ipso tamen, quod ordinem suscipit secundum ritum Occidentalis Ecclesie intelligitur emisisse: Et ideo apud Græcos, & alios Orientales Sacer Ordo impedit matrimonium contrahendum: non tamen matrimonii prius contracti usum; possunt enim matrimonio prius contracto uti, quomodo non possunt matrimonium denuo contrahere. Sed apud Occidentalem Ecclesiam impedit matrimonium, & matrimonii usum, nisi forte ignorante, aut contradicente uxore viri Ordinem Sacrum susceperit, quia ex hoc non potest et aliquid præjudicium generari. Qui verò tantum minoribus ordinibus initiatus est, scilicet censura, & quatuor gradibus, valide, & licite matrimonium contrahit. Nam Ecclesia illis votum castitatis non annexuit, cap. 7. D. 32. cap. 1. D. 28. D. Thom. in 3. p. Sup. q. 53. art. 3. ad 4. ibi: *Illi, qui sunt in minoribus ordinibus constituti ex vi ordinis, non prohibentur matrimonium contrahere, quia quantum ordinis illi deputatur ad aliqua spiritualia, non tamen immediate habent accessum ad tractandum sacra, sicut illi, qui sunt in Sacris Ordinibus. In Orientali, seu Græca Ecclesia etiam conjugati possunt**

ordinari, *cap. 8. D. 28. cap. fin. D. 31.* Et post ordines uti matrimonio antea contracto, secus in Latina, invita uxore, *cap. 6. de Cleric. conjug. L. 39. tit. 6. p. 4. ibi: Los Clerigos del Oriente, quier sean casados, quier non, pueden recibir Ordenes Sacras, non prometiendo guardar castidad; mas los de Occidente non pueden esto hacer, á menos de lo prometer.* In Ecclesia Latina nequidem ad Ordines Minores promovetur licite conjugatus ex prohibitione, *cap. fin. de Tempor. ordin. in 6. valide tamen ordinatur, etiam Sacris Ordinibus, & etiam invita uxore, cum nullo jure hæc ordinatio irritetur; potest tamen sic ordinatus ab uxore revocari; & tenetur ipse debitum reddere, non tamen petere; nec mortua uxore, potest cum alia contrahere, voto castitatis obstante, cap. 10. cap. 11. cap. 12. D. 28. L. 40. tit. 6. p. 1.* Ordo Sacer dirimit sponsalia ante ipsum ordinem contracta, quia ad matrimonium sponsus redditur inhabilis, sicque sponsalia desinunt obligare; non tamen dirimit etiam matrimonium ratum tantum, & non consummatum; cum neque Jure Divino, nec Canonico, neque in Ecclesia Latina, nec in Græca sit concessa Sacris Ordinibus vis dissolvendi matrimonium ratum, sicut *ex cap. 2. cap. 7. de Convers. conjugator.* concessum est professioni religiosa, sicque ad tollendam varietatem opinionum statutum est in *Extrav. un. de Voto. Joann. XXII.* ubi additur, ordinatum sine conjugis consensu irregularitatem incurere, qua etiam soluto matrimonio, irritetur, nisi approbatam aliquam Religionem ingrediatur, ubique vel expressè, vel tacite profiteatur: nam tunc Episcopus Dioecesanus cum eo ad functiones sui ordinis exercendas dispensat, & ut ad altiores ordines promoveatur, imò sic ordinatus ante matrimonii consummationem instantè monendus est per Dioecesanum Religionem ingredi; si verò renuat, & sponsa ejus insistat, etiam per censuram Ecclesiasticam cogetur matrimonium consummare.

78. Ordo Sacer dirimit matrimonium contrahendum, non Jure Naturali; nec Divino; sed præcisè Jure Ecclesiastico, *cap. 40. 27. q. 1.* ut constat ex verbis: *Statuimus, & clarius ex Frid. sess. 24. de Matrim. Can. 9. ibi: Non obstante Lege Ecclesiastica, vel Voto. D. Thom. supra citatus in 4. D. 37. & ibid. Albert. Magn. D. Bonac. Scot. & alii. Covar. Bellarm. Sane. de Matrim. L. 7. D. 28. num. 11.* contra aliquos, qui intendunt, continentiam Jure Divi-

na Sacris Ordinibus esse adjunctam. Licet enim castitas sit consilii, & non præcepti. *1. Cor. 7. v. 25.* Nec absolutè possit Clericis præcipi ab Ecclesia hæc difficillima virtus, *cap. 13. 32. q. 1.* potest tamen sub conditione præcipi, scilicet, si velit quis Sacros Ordines suscipere, quibus votum solemne castitatis esse annexum. Cum ergo tantum ex Jure Ecclesiastico, & non ex Jure Naturali ob repugnantiam Clericatus cum conjugio hoc impedimentum descendat, potuit permitti Clericis in Ecclesia Græca usus matrimonii antea contracti. Et hæc etiam ratione R. Pontifices dispensarunt cum Clericis in Sacris constitutis, ut valide, & licite matrimonium contraherent. Sic Coelestin. III. dispensavit cum Ramiro Rege Aragoniæ Religioso, & Episcopo, Alexand. VI. cum Cesare Borgia Cardinali Diacono. Greg. XIII. cum fratre Cardinalis Joyosæ Sacerdote, & Provinciali Capucinorum. Et alii cum aliis similiter dispensarunt.

79. Qui ante usum rationis ordinatus est in sacris, si usum rationis adeptus non habeat ratam expressè, vel tacite talem ordinationem; neque voto, siquidem sine consensu non valet, neque alia Legge Ecclesiastica ad continentiam obligatur; ac proinde matrimonium contrahere potest. *Soto, Navar. Saneb. de Matrim. L. 7. D. 30. n. 3. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 29. n. 15.* idem ipsi sentiunt de impubere in sacris ordinato. Talem verò impubere, nec Jus Naturale eximit ab obligatione continentiae, siquidem habet sufficientem usum rationis ad Clericatum, & continentiam. Et licet Jus Positivum talem ordinationem prohibeat, *cap. 120. 1. q. 1.* eam non irritat, nec irritare potuit; nec irritat votum, ex ea resultans, sicut irritat votum solemne Religionis, & matrimonium in impubertate contractum. *Glor. in cap. 120. 1. q. 1. Soto, lib. 7. de Just. & jur. q. 2. art. 5. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 17. dub. 3. n. 22.* qui hæc sententiam vocat omnino veram, & concludit, quod non valet argumentum: à professione, quæ non est valida, nisi post pubertatem ratificetur, *cap. 1. cap. 10. 20. q. 1. cap. 8. de Regular. quia est à re dissimili, & diversa rationis.* Nam professio irritari potuit, non autem ordo: aliàs nunc ordinatus post 14. annum ætatis non teneretur voto: castitatis, quia nunc professio in illa ætate non tenet per Concilium Tridentinum; quod absurdum est. At verò *Saneb. de Matrim. L. 7.*

Qui Clerici, vel vóventes matrimonium contrahere, &c. 51

L. 7. D. 39. n. 8. consequenter ad suam doctrinam dicit, talem non teneri, nisi post 16. annum ratam habeat ordinationem. Hinc consequenter dicendum est, ordinatum vi absoluta, & præcisè, non manere ordinatum, nec suscipere characterem ex defectu consensu; *arg. e. 3. de Bapt. L. 32. tit. 6. p. 1.* nec impedimentum ad matrimonium contrahere; nam accessorium sequitur naturam principalis. *e. 42. de Reg. jur. in 6. Saneb. de Matr. L. 7. D. 29. n. 1.* Qui verò metu, etiam gravi injustè incusso, ordinatus est valide ordinatur: & sic matrimonium non potest validè contrahere, si non exclusit votum, & obligationem continentiae. Cum Juræ Naturali talis ordinatio habet sufficientem consensum ad votum ordinibus annexum; nec Jure Positivo irritetur, sicut irritatur matrimonium metu contractum. *e. 14. de Sponsal. Et profusio metu emissa. e. 1. c. 6. de His, que vi, à quibus ad Sacros Ordines argumentum non probat. Extrav. unie. de Voto. Joann. XXII.* Professio enim religiosa est difficilior, quam ordinatio, quippe est omnium rerum, & propriæ voluntatis perpetua abdicatio: ac proinde majorem libertatem, & voluntarietatem, quem ordinatio requirit, Et sic expressè habetur in *L. 32. tit. 6. p. 1. ibi: Si à alguno facen premia, que reciba orden, amenazandolo, que le tomarán el beneficio, si non se ordenare, maguer aquel consienta por tal miedo como este, pues recibió la orden de fuera, yá finca el alma dentro señalada por ella, de manera, que es temido de vivir sin casamiento.* Sic tenent *Joann. Andr. Abb. Sot. de Just. lib. 7. q. 2. art. 5. & alii, contra Saneb. de Matr. L. 7. D. 29. n. 5. Greg. Lop. in L. 32. tit. 6. p. 1. N. Que le tomara, & alios.* Licet emittens professionem ex aliquo defectu invalidam, teneatur ad castitatem ex voto simpliciter; *arg. e. 3. & e. 12. de convers. conjugat.* quia non tantum ad Religionem, sed etiam ad castitatem principaliter se obligat eo modo, quo valere potest. Secus se habet in ordinatione, quæ si ex aliquo defectu, formæ, vel materiæ, sit invalida, nullam obligationem, nec votum, nequidem simplex continentiae producit: quia sic ordinatus votum solum emisit in consequentiam ordinationis; & cum hæc sit nulla, nullum effectum producit: nam cadente principali, non potest subsistere accessorium. *L. 1. 29. ff. de Reg. jur. c. 42. eod. in 6.*

80. Consistente uxore, & juri in ejus favorem inducto renuntiante, po-

test ejus maritus, etiam ad Sacros Ordines promoveri. *e. 5. c. 6. de Convers. conjugat. L. 2. tit. 10. p. 4.* ipsa tamen, si senex sit, & non suspecta de incontinentia, debet votum castitatis emittere: si verò juvenis, vel de incontinentia suspecta sit, debet ingredi Religionem. *e. 5. de Convers. Conjugator.* Si tamen maritus fiat Episcopus, secus si fiat Cardinalis non Episcopus; ejus uxor, etiam senex ob gradus excellentiam, debet vestem assumere Religionis. *e. 6. de Convers. conjugat. Covar. de Sponsal. p. 2. cap. 6. §. 3. n. 3. Saneb. de Matr. L. 7. D. 41. ex n. 2. Greg. Lop. in L. 2. tit. 10. p. 4. V. En orden. Uxor, quæ liberè, & expressè in ordinationem mariti consensit, nec licite, nec validè contrahit matrimonium, etiam mortuo marito ob specialem prohibitionem Ecclesiæ. *e. 10. c. 11. c. 12. D. 28. L. 40. tit. 6. p. 1. ibi: E otrosi, desque ovieren sus maridos muertos, que non se puedan despues casar; è si casarem, non vale el casamiento. Saneb. de Matrim. lib. 7. D. 40. n. 2.* Si illa non consensit in mariti ordinationem, vel non consensit liberè, sed per vim, vel dolum, aut metum non contrahit impedimentum; sed potest matrimonium contrahere. *D. Thom. 4. D. 37. q. 1. art. 2. ad 4. Saneb. de Matrim. lib. 7. D. 40. ex n. 4.* similiter si non consensit expressè in ordinationem, sed tantum dissimulavit, cum esset conscia, neququam potest contrahere matrimonium, etiam mortuo marito, ut expressè habetur in *L. 40. tit. 6. p. 1. ibi: E lo consienten, que lo non contradixessen, mas callasen; contra Saneb. de Matr. lib. 7. D. 40. n. 5.* apud quem plures citantur pro nostra sententia. Semper tamen ordinatus characterem ordinis recipit, licet aliquando executione ejus privetur: prout distinguens varios casus affect. *D. Thom. in 3. p. Sup. q. 53. art. 4. in corp. ibi: Respondeo dicendum, quod matrimonium non impedit Ordinis Sacri susceptionem, quia si matrimonio junctus ad Sacros Ordines accedat, etiam reclamante uxore; nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executione ordinis caret. Si autem volente uxore, vel ipsa desineta, recipit ordinem, & executionem. Et ad 1. dicit. Quod vinculum ordinis solvit vinculum matrimonii ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimonium ex parte ejus, qui suscipit ordinem, quia non potest petere debitum, nec uxor ei tenetur reddere non tamen solvit ex parte alterius; quia ipse tenetur uxori debitum reddere, si non**

posset eam inducere ad continentiam. Et ad 2. ait: Quod si uxor sciat, & de eius consensu vir Ordinem Sacrum susceperit, tenetur perpetuum continentiam uovere: non tamen tenetur Religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis, propter hoc, quod vir eius solenne votum emisit: secus autem si emisisset votum simplex. Si autem sine eius consensu susceperit, non tenetur; quia ex hoc nullum sibi præjudicium generatur. Aliquando, etiam invita uxore, potest maritus ordinari, vel ingredi Religionem. 1. Si uxor comitat adulterium. Nam præcedente divortii sententia: vel si adulterium ad eod notorium sit, ut innocens propria autoritate possit uxorem dimittere, juxta facultatem à Christo Domino concessam *Matth. 19.* sine metu restitutionis, potest innocens ordinari, vel Religionem ingredi. Et semel statu ab innocente mutato, potest etiam nocens Religionem ingredi: si nondum statum mutavit innocens, & hic à nocente requisitus paratus sit reconciliari, nequit nocens, invito innocente ingredi Religionem, etiam si divortium ab Ecclesia factum, & approbatum sit, quia innocens, re adhuc integra, potest innocentem revocare, nec potest à nocente privari hoc jure. *Sanch. de Matrim. lib. 10. D. 10. n. 12. Palacios in 4. D. 35. Disp. un. si innocens requisitus à nocente non tantum semel, sed sæpius post nocentis emendationem: secus aliter: non sit paratus reconciliari, præsumitur tacite licentiam nocenti concedere, ut ordinetur, vel ingrediatur Religionem. c. 19. de Convers. conjugat. Et ibid. Abb. & Joan. Ant. Sanch. de Matrim. L. 10. D. 10. n. 16. 2. Innocenti licet ordinari, vel Religionem ingredi, si alter conjux in hæresim, vel infidelitatem sit lapsus; & quidem postquam ab Ecclesia, ut hæreticus est damnatus; etiam si especialis sententia divortii non feratur. Quippe tunc potest catholicus à tali hæretico divertere; cum jam divortium habeatur, ut effectus hæresis; nec tenetur ipsum etiam respicientem recipere. c. fin. de Convers. conjugat. secus est, si à conjuge in hæresim lapsus divertat propria autoritate, hoc est, antequam ab Ecclesia, ut hæreticus alter conjux judicetur, quia cum illa hæresis solum sit causa divortii pro tempore, quo in hæresi perseverat conjux, quippe Jus Naturale dicat, illud periculum vitare, tenetur innocens conjugem respicientem admittere in matrimonio, & ad hoc potest compelli, & hinc non*

potest ad ordines, vel Religionem transire. c. 6. de Divort. Sanch. de Matrim. lib. 10. D. 15. ex n. 15. ubi varia DD. placita refert.

81 Professio Religiosa, per quam professus vovet solennem, & perfectam castitatem, etiam in Religione Militari, v. g. Melitensium, secus ubi tantum castitas conjugalitatis vovetur, ut faciunt Equites Divi Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ: inducit impedimentum dirimens matrimonium contrahendum. c. 12. 27. q. 1. c. 3. c. fin. h. t. c. un. de Vot. in 6. *Trid. sess. 24. de Matr. can. 9.* Aliqui enim cum *Almaino de Potest. Eccles. cap. 15.* tenent, hoc impedimentum esse de Jure Divino: esse tamen de Jure Naturali defendunt *D. Thom. in 3. p. 2. q. 53. art. 2. Et in 4. D. 38. D. Bonav. ibid. Soto de Just. lib. 7. q. 2. art. 5. Henric. Valent. & alii.* Asserendum tamen est, solum Jure Ecclesiastico esse inductum. *Glor. in c. 6. h. t. V. Apud Desm. Et ibid. Joann. And. Hostiens. Covar. de Spons. p. 2. cap. 7. §. 4. n. 7. Scot. Abulens. Suar. de Relig. tom. 3. L. 2. cap. 6. & seqq. Sanch. de Matr. L. 7. D. 26. n. 4. Vazq. Ponc. & alii.* Nam tale votum non dirimit matrimonium præcisè, quia votum est, sed quia solenne: alias, quodlibet votum, etiam simplex castitatis dirimeret, quod falsum est. Et cum solennitas ipsi proveniat præcisè à Jure Ecclesiastico. c. un. de Vot. in 6. ab hoc etiam jure nascitur impedimentum. Nec aliter posset R. Pontifex in hoc impedimento dispensare, ut defecto fuit dispensatum cum Ramiro Rege Aragoniæ antea Monacho, & cum aliis. Sed quia Dominus dedit consilium castitatem servandi, hoc impedimentum, ad matrimonium in verbum Domini refertur, & simul in Canonicam auctoritatem, à qua impedimentum constitutum est c. 17. 27. q. 1. ibi: *Undè & verbis Domini, & Canonica auctoritate in hac Sancta Synodo præcipimus, ut omnino reparentur, & juramento colligentur, ut ulterius, non sub uno cohabitent teſto.* Et merito hoc impedimentum stabilitum est, ne qui semel se Deo tradidit publice, & solemniter in Religione in statu perfectiori possit pro libitu ad imperfectiorem statum descendere, & cum publico scandalo fidem Deo datam violare. Cum tamen traditio Religiosi per professionem, & traditio per matrimonium sint diversæ rationis: siquidem professio inducit obligationem Religionis tantum, matrimonium obligationem justitiæ, non sunt ex natura sua in-

incompatibiles hæc duæ traditiones, sicut non repugnant traditio hominis per servitutem Domino suo, & traditio ejusdem suæ uxori per matrimonium: idèd fuit necesse traditionem Religiosi per matrimonium ab Ecclesia irritari.

82 Professio Religiosa, solennis, legitima (scilicet in manibus Prælati, post 16. annos ætatis, & annum integrum probationis elapsum edita) tacita, vel expressa in quacunque Religione approbata, etiam Militari: & quidem in effectu, non tantum in proposito, vel in voto emissæ. c. 14. de Convers. conjugat. quia quædam mors civilis, & spiritalis censetur juxta illud Apostol. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est in Christo:* habet vim dissolvendi matrimonium antea contractum, dum tantum ratum sit, & non consummatum. c. 2. c. 7. c. 14. de Convers. conjugat. *Trid. sess. 24. de Matrim. Can. 6. L. 11. tit. 2. p. 4.* & quia nec ex scriptura constat, nec sua natura habet professio Religiosa hanc vim dirimendi matrimonium, tenendum est, eam habere à Jure antiquissimo Ecclesiastico: à temporibus Apostolorum introducto per ipsum factum, & traditionem: *Hostiens. Joan. Andr. in c. 7. de Convers. conjugat. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 6. ex n. 20. Garc. Less. Laym. & alii,* contra aliquos, qui, vel de Jure Naturali, vel Divino, hanc vim habere professionem contendunt. Matrimonium enim ratum non est absolutè, sed tantum conditionatè indissolubile, scilicet, si conjux non ingrediatur Religionem, vel si Pontifex non dispenset; ac proinde per ingressum in Religionem dissolvitur. Mulier quidem, cujus maritus post matrimonium ratum professus est Religionem manet libera à vinculo matrimonii: nam hoc per professionem est solutum potestque, etiam marito vivente; cum alio contrahere. Si verò post matrimonium consummatum, maritus transit ad Religionem, cum uxor fecisset continentia votum, non potest, etiam mortuo marito, licitè matrimonium contrahere. Si tamen de facto contrahat, validum est matrimonium, quia nec ex voto quod tantum simplex est, nec ullo alio jure irritatur. Ita contra *Hostiens. Abbat. & alios* tenent *Sanch. de Matr. lib. 7. D. 32. n. 8. & alii.* Nec ad hunc casum extenditur irritatio matrimonii contracti ab uxore ejus, qui ordinatus est, ut diximus ex c. 10. c. 11. c. 12. D. 28. Nota

simplicia societatis, quæ sunt post bennium non habent ex se dirimere matrimonium contrahendum: Sed *Greg. XIII. in Const. Ascendens, ann. 1584.* hanc vim eis concessit, ut societati, consuleret adversus sacrilegam temeritatem desertorum, injuriasque, & imposturam malignantium, & cum hæc constitutio non extendatur ad matrimonium ratum antecesserit contractum, dicendum est, talia vota non dissolvere matrimonium ratum. *Suar. de Religion. t. 4. L. 4. cap. 2. n. 3. Vazq. Laym. Sanch. de Matr. lib. 2. D. 18. n. 6.* Nec matrimonium ratum solvitur, per vota emissa à quibusdam foeminis, quas *Beatas* vocant, vel quibusdam viris Tertii Ordinis S. Francisci: quia tantum vota simplicia emittunt; at verò si predictæ foeminae verè sint Religiosæ, & in communi vivant, & claustram servent, earum professione dirimitur matrimonium ratum. *Sanch. de Matr. lib. 2. D. 18. n. 4.*

83 Non solum per professionem solvuntur sponsalia antea contracta; arg. c. 2. c. 7. c. 14. de Convers. conjugat. sed etiam per ingressum, non fraudulenter in Religionem, seu per novitatum solvuntur; & quidem ex parte utriusque, quippe talis solutio non tam ratione mutationis, quam ob favorem status inducta creditur. Ita *Navarr. Man. cap. 22. Greg. Lop. in L. 7. tit. 1. p. 4. V. Excusacion. Soto, & alii cum Sanch. de Matr. lib. 1. D. 42. ex n. 2. contra D. Thom. Durand. Covarr. de Sponsal. p. 1. cap. 5. n. 1. & alios* asserentes ex neutrius parte solvi sponsalia, nisi sequatur professio: Et contra *Rodrig. Ledism. & alios,* qui solum ex parte manentis in sæculo solvi tenent. Hinc est, quod cum juramentum sequatur naturam contractus cui adnectitur. c. 25. de Jur. jur. L. fin. C. de non numerat. pecun. sponsalia etiam jurata, solvuntur per ingressum in Religionem; arg. c. 2. de Sponsal. *Greg. in c. 16. de Sponsal. V. Tutius, Hostiens. Joan. Andr. ibid. Covar. de Spons. p. 1. cap. 5. n. 11. Sanch. de Matr. lib. 1. D. 43. n. 3.* quam sententiam vocat verissimam, & tenendam contra *Navarr. & alios.* Nec ille, qui sponsalia juravit, tenetur prius matrimonium contrahere ad juramentum adimplendum, ut videtur decidit in c. 16. de Sponsal. Nam sponsus, de quo ibi, nondum plene Religionem ingredi stauerat, nec voverat, sed quasi quædam levitate proposuerat; & ne hoc prætextu differret adimplere promissio-

nem juratam, ait Pontifex: *Tutius esse, si matrimonium contrahat, & si postea velit, possit ante consummationem, Religionem ingredi.* Secus esset, si absolute vellet ingredi Religionem: nam tunc non teneretur matrimonium prius contrahere. *Sanch. de Matr. lib. 1. D. 43. n. 5. Gonz. in c. 16. de Spons. n. 2. in fin.* Qui post jurata sponsalia votum fecit Religionis ingrediendae, hoc adimplere tenetur, cum enim, etiam sponsalibus initis, possit Religionem ingredi, etiam potest eam vovere: sed non tenetur, imò nec potest prius matrimonium contrahere animo non consummandi, & postea Religionem ingrediendi, quia se exponeret manifesto periculo consummandi, & consequenter violandi votum. Deinde, quia sic contrahens notabilem injuriam sponsae irrogaret eam obligando inuuptam remanere, donec ipse à Religione egrederetur, vel profiteretur in ea. *Glos. in c. 16. de Spons. N. Tutius & ibid. Joann. Andr. & Hostiens. Sanch. de Matr. lib. 1. D. 43. n. 7. contra aliquos.* Si tamen puellam defloravit, vel non potest aliter injuriam, vel infamiam ipsi illatam rescire, quam eam ducendo, ad hoc tenetur, quamvis postea non consummato matrimonio ad Religionem transire valeat: quin, & in matrimonio perseverare forte tenebitur, si hoc sit necessarium ad reparandum damnum puellae illatum; nam hoc est obligatio justitiae. *Sanch. de Matr. lib. 1. D. 44. ex n. 3. Laym. Perez, Henric. & alii.*

84. **Votum Sacros Ordines suscipiendi non dirimit sponsalia ante contracta, cum à nullo jure ipsis haec vis, sicut professioni Religiosae, concessa sit, & cum sit in praedictum sponsa, Deus non acceptat tale votum, etiamsi sit de meliori bono.** Et sic Ordinarii in praxi sponsarum oppositiones admittunt, quae scilicet ordinandis objici solent: potestque sic vovens, sponsalia implere, contrahendo matrimonium, nec tenetur Religionem ingredi, quod si ex aliqua causa sponsalia, vel matrimonium solvatur, tenetur sponsus votum adimplere. *Sanch. de Matr. lib. 1. D. 47. n. 3. contra Soto de Just. & jur. lib. 7. q. 1. art. 3. Henric. & alios.* Si verò defacto, etiam invita sponsa, ordinetur sponsus, nec debent, nec possunt amplius matrimonium contrahere. At verò cum sponsus emittens tale votum censetur sponsalibus renuntiasset ex sua parte, sicut, qui vo-

tum Religionis emittit, tunc sponsa potest alteri liberè nubere, cum ex sua parte sint sponsalia soluta. *Sanch. de Matr. lib. 1. D. 47. n. fin.* Votum simplex continentiae (excepto voto simplicis Societatis post biennium edito ex Constitut. Greg. XIII. *Ascendens*) non habet vim matrimonii dirimendi; si quidem nullibi ab Ecclesia concessam esse constat; impedit tamen matrimonium contrahere. *c. un. de Voto in 6.* quia talis promissio, cum sit licita, & à Deo acceptata obligat promittentem ab omni actu venereo, etiam alias licito abstinere; & consequenter: à matrimonio: non tamen irritat matrimonium, quia tantum fit promissio traditionis, non verò traditio corporis; ac proinde matrimonium postea contractum, quamvis illicitum, validum tamen est. *c. 4. c. 6. h. t. D. Thom. in 3. p. Supp. q. 53. art. 1. in corp. ibi: Votum simplex quamvis impediatur matrimonium contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentiae, tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium per hoc dirimi.* *Barb. in c. 3. h. t. Gonz. in c. fin. h. t. n. 7.* ubi plura concilia, & DD. refert. Si sponsalia jam sint contracta, non dissolvuntur per subsequens votum simplex castitatis ex parte vovens: si quidem Deus non acceptat promissionem in tertii praedictum, ut in presenti sequeretur comparti, cui violaretur fides, ut dicitur in *c. 5. h. t.* ac proinde inferitur, quod votum continentiae post sponsalia emissum, ea non dirimit, nec in ipsis videtur imbibita conditio; nisi eligam statum continentiae. Nam hoc gratis confingitur, at vero ex parte non vovens solvuntur, quia alteri vovendo censetur sponsalibus renuntiasset, & aliunde notabilis mutatio est facta: nam per tale votum impeditur à debito conjugali petendo, & alteri imponeret onus semper petendi, quod grave est praecipue respectu foeminae. *Sylv. Navar. Man. cap. 22. n. 27. Sanch. de Matr. lib. 1. D. 46. ex num. 5. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 1. cap. 2. & alii, contra Soto, Henric. Rodrig. Ponc. lib. 6. c. 12. n. 4. & alios.*

85. **Qui post votum castitatis virginem, vel viduam vi corrupit, tenetur eam ducere, si aliter damnum nequeat reparare; nam obligatio justitiae praevallet obligationi voti, & Religionis.** Sed ad hoc debet praecedere Pontificis dispensatio, vel saltem Episcopi, si periculum sit in mora, & difficilis ad Papam recursus. Si mulier in copulam liberè consentit, & fuit conscia voti, etiamsi sub spe matrimonii consensisset, qui votum emisit, votum, non matrimonium adimplere tenetur. Nam scienti, & consentienti non fit injuria, *cap. 27. de Reg. jur. in 6. Sanch. de Matr. lib. 1. D. 45. n. 5. & alii*, si ignara voti, etiam sub promissione matrimonii consentit, & nullum grave damnum sequatur, vel si grave secutum est aliter reparari potest, corruptens, votum adimplere tenetur; non tamen cum ea contrahere, siquidem talis promissio matrimonii, ut facta de re jam antea per votum Deo obligata est invalida, sicut sunt invalida secunda sponsalia facta in priorum praedictum. *Navar. Rodrig. Dicast. Laym. L. 5. tr. 10. p. 1. cap. 2. num. 5. & alii*, contra *Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 45. n. 3.* Qui post votum castitatis matrimonium contrahit, tenetur reddere debitum conjugale comparti petenti, ne juri ab ea per matrimonio adquisito praedictet: non tamen potest debitum petere ob votum castitatis, *cap. 3. de Convers. conjugat. D. Thom. in 4. D. 38. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4. D. Bonnav. & Scot. ibid. Sanch. de Matr. L. 9. D. 33. n. 5. plurimos citans.* Sed ne sit in continuo periculo votum violandi per petitionem debiti, consultius erit, si dispensationem petat, vel à Papa, vel Episcopo, si difficilis sit recursus ad Papam, vel ab habente hujusmodi facultatem. Si verò post Religionis votum contrahat matrimonium, licet tunc peccet, quando matrimonium consummat, postea verò, reddita impossibili materia voti, licite potest reddere, & petere debitum, donec possit Religionem ingredi; v. g. per mortem conjugis, vel divortium. *Sanch. de Matr. L. 9. D. 33. ex n. 14.* qui citat *Cajetan. Sot. Henric. & alios.* Votum non nubendi, vel suscipiendi Sacros Ordines post sponsalia factum, non impedit matrimonium contrahere. Si tamen ante sponsalia fiat hujusmodi votum, illicitum redderet matrimonium: quod si defacto contraheretur, non solum post matrimonium consummatum possent, qui talia vota emisserunt reddere, & petere, ut contra *Cajet. Navar. & alios* tenent *D. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 2. §. 1. & alii*, sed etiam possent matrimonium licite consummare: quia objectum principale horum votorum est non contrahere matrimonium, vel Sacrum Ordinem

suscipere, qui matrimonium excludit, quod quidem jam per ipsum factum contrahendi est factum impossibile, ac proinde, & ipsa obligatio continentiae, ut accessoria. *L. 129. ff. de Reg. jur. cap. 42. eod. in 6. Sanch. de Matr. l. 9. D. 33. n. 22. Et D. 34. n. 3. In nostra Hispania crimen commissum à Clerico in sacris constituto, vel Religioso professo (idem est de Religioso Societatis post vota benni) matrimonium contrahendo, sive palam, sive clam, reservatur S. Inquisitionis Tribunali, ut constat ex *Edicto Generali Inquis. Num. 8. O que si alguno, siendo Clerigo de Orden Sacro, ó Frayle professo, haya casado.* Tales enim suspecti sunt de haeresi, & quidem in Italia de vehementia, in Hispania de levi, & sic abjurant. Et praeterea regulariter mittuntur ad triremes per quinquennium, vel etiam pro ratione delicti poena augeri solet. *Cesar. Cavenna de Offic. Inquisit. p. 2. tit. 17. §. 3. Diana in Summ. V. Inquisitores, n. 167.**

TIT. VII.

De eo, qui duxit in matrimonium quam pollutit per adulterium.

86. **A**gitur hic de impedimento criminis, quod dirimit matrimonium contrahendum inter duos fideles; vel saltem si unus sit fidelis: secus si contrahendum sit inter duos infideles: nam cum sit impedimentum Ecclesiastico jure indictum, non potest infideles ligare, *cap. 8. de Divort.* sed unus saltem debet esse fidelis. Et tunc indirectè comprehendit infidelium. *arg. cap. 1. de Convers. Infidel. Sanch. de Matr. lib. 7. D. 79. n. 42.* Nam irritò matrimonio ex parte fidelis, nequit ex parte infidelis consistere. Inductum ergo est hoc impedimentum, ut ablata adulteris omni spe contrahendi matrimonium promissum, vel firmatum matrimonium attentatum incolunitati, & fidei matrimoniorum consuleretur: siquidem, nec soluto vinculo matrimonii per mortem alterutrius adulteri conjugis, possent adulteri contrahere: & sic tollitur occasio captandae mortis conjugis. In hoc quidem Titulo plures casus, quam in Rubrica continentur, comprehenduntur, adeò ut latius pateat *Nigrum*, quam *Rubrum*. 1. ergo contrahitur hoc impedimentum, si Cajus

v. g. committat adulterium cum Titia, cum promissione contrahendi matrimonium cum ea mortuo ejus marito, *cap. 6. cap. 7. cap. fin. b. t. 2.* Si Cujus contrahat matrimonium cum Titia, invalide tamen, quia vivit ejus maritus; cum qua adulterium committit: & tam adulterium, quam matrimonium sit vivente ejus marito, *cap. 5. b. t.* Ad hoc tamen impedimentum contrahendum non requiritur, quod matrimonium coram Parocho, & testibus celebretur. *Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 8.* Hoc impedimentum non constituit; nec sola promissio matrimonii, nec matrimonium cum uxore alterius, *cap. fin. b. t.* Nec solum adulterium cum alterius conjuge, *cap. 6. b. t.* sed requiritur utrumque simul, scilicet adulterium cum matrimonio, vel saltem cum promissione matrimonii, superstite altero conjuge. Nil tamen interest, an adulterium processerit, an subsequatur. *Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. ex n. 2.* Nec aliud probant Canones in *Caus. 31. q. 1. Et cap. 1. b. t.* ubi videtur, adulterium solum constituere hoc impedimentum. Nam in praedictis Textibus non prohibetur praevis, ne adulter cum adultera contrahat mortuo ejus marito, sed ne contrahat ante peractam poenitentiam ob commissum adulterium, *cap. 3. §. Hoc sub audiendum, cap. 5. 31. q. 1.* Et cum constitutio inducens impedimentum sit odiosa, non debet extendi ad casum non expressum; *arg. cap. 15. de Reg. jur. in 6. in unum.*

87 Ut impedimentum contrahatur, debet adulterium esse perfectum in sua linea; nec sufficit conatus, vel copula attentata, sed debet esse perfecta cum seminis immissione in vas foeminae, quia Leges penales strictè sunt accipiendae. Sic contra *Hostiens. in cap. fin. b. t.* tenent *Glos. ibid. V. Cognovit. Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 2.* Item requiritur, quod adulterium sit formale, hoc est, quod uterque adulter sciat, alterum esse conjugatum; *arg. cap. 1. b. t. Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 31. Gonz. in cap. fin. b. t. n. 4. & alii:* excusaturque ab eo contrahendo ignorantia saltem probabilis, quae scilicet excusat ab adulterii culpa; non verò crassa, & supina. *Novar. Man. cap. 22. n. 46. Valent. Pala. & alii:* cum hoc impedimentum, non ut poena, sed potius ut remedium tollendi occasionem alterius vite insidiandi, sit constitutum. Excusare tamen crasam, & supinam ignorantiam tenent *Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 38. Gutier. cap. 105. arg. L. 43. ff. ad*

Leg. Jul. de Adulter. quia hæc ignorantia non juris, sed facti est, & qualibet ignorantia in facto consistens excusatur; *capit. 13. de Reg. jur. in 6.* Ut hoc impedimentum inducatur, promissio matrimonii debet esse pura, non conditionalis, vel saltem conditio debet adimpleri ante conjugis mortem, debetque esse aliquo signo expressa ab una parte, & expressè acceptata ab altera, nec sufficit taciturnitas, siquidem ob consensum præsumptum non est imponenda poena, qualis est hoc impedimentum; *arg. L. 51. ff. Pro Socio, cap. 14. de Penit. D. 1. Gutier. cap. 105. n. 28. Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 7. 22. & 25. Castropal. tr. 28. D. 4. p. 12. ex n. 8. & alii.* Non tamen requiritur repressio, *cap. 1. & fin. b. t. Sanch. L. 7. D. 79. n. 24. contra Bellarm. & alios.* Nec requiritur, quod promissio sit jurata, sufficit enim simplex: nam in ea verificatur ratio timoris alienae mortis, nec jus exigit juramentum. *Barbos. in cap. 1. b. t. n. 4. Gonz. in cap. fin. eod. n. 4.* Tam adulterium, quam promissio matrimonii, vel matrimonium, debet esse vivente conjuge adulteri, *cap. 1. cap. fin. b. t.* Quod si utrumque non concurrat eo vivente non datur impedimentum, nec quidem quando sub diversis conjugis sunt matrimonium, & adulterium. V. g. Titius conjugatus cum Seja promisit Mævia matrimonium, & Seja mortua, contraxit cum Bertha; & tunc cum Mævia copulam habuit non contraxit impedimentum cum Mævia. *Abb. Sot. Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 6. Gonz. in cap. fin. b. t. n. 4.* Et matrimonium, quod adulterio violatum, debet esse validum, etiamsi tantum ratum sit, *cap. 2. b. t.* Et etiamsi per divortium sit separatus adulter à sua conjuge, *cap. 4. b. t.* Si verò matrimonium quod violatur invalidum sit, non verè committitur adulterium, nec præstaret impedimentum, cum de jure non sortiatur effectum, *cap. 12. de Reg. jur. in 6. D. Thom. in 4. D. 35. q. iii. Barb. in cap. 2. b. t. n. 1. Sanch. L. 7. D. 79. n. 30. Gonz. in cap. fin. b. t. n. 4.*

88 Qui cum aliqua contraxit matrimonium cum hoc impedimento, ab ea, etiamsi filios habeat, separandus est: quia matrimonium est nullum: nec multiplicitas prolis, nec diuturnitas temporis peccatum minuit, sed augmetur, *cap. 5. b. t. Barb. & Gonz. ibid.* Si tamen contraxit matrimonium, ignorante muliere, ejus primam uxorem vivere, post mortem primæ licite manet cum secunda, *cap. 7. b. t.* siquidem ea ob ignorantiam non contraxit im-

impedimentum: nec ab ea est separandus, quippe indignum est, ut prædictus vir, qui scienter contra Canones venerat, licrum de suo dolo reportet, *cap. 1. b. t.* & cogendus est renovare consensum: siquidem matrimonium antecedens nullum fuit. *Barb. in cap. 7. b. t. num. 7.* Uxor verò cum sit decepta, & ignorasset, illum, qui cum ea contraxit, habere uxorem, potest ab eo discedere. *Barbos. in cap. 1. b. t. n. 1.* Promissio sola matrimonii, vivente conjuge, licet non irritet matrimonium post illius mortem contractum, est graviter illicita, *cap. fin. b. t.* Imò invalida: nec aliquam inducit obligationem, quia est inductiva occasionis captandæ mortis conjugis, sicut est nulla promissio Præbendæ non vacantis, *cap. 2. de Consec. præbend.* Et pactum hereditatis viventis. *L. fin. C. de Pact. Sanch. de Matr. L. 7. D. 79. n. 40. & alii.* In summa, hoc impedimentum nascitur ex adulterio, perfecto quidem, & consummato conjuncto cum matrimonio, vel promissione matrimonii contrahendi post mortem legitimi conjugis, ex suppositione, quod sit acceptata ab altera parte, quamvis esset ficta; & quod tam matrimonii promissio, quam ipsum adulterium sicut facta vivente conjuge adulteri; & quod matrimonium prius initum validum sit; & denique, quod uterque adulter sciat, alterum esse conjugatum. *Sanch. de Matrimonium. L. 7. D. 79.* In hoc impedimento ex adulterio proveniente, si publicum est, dispensat Papa: si occultum ad poenitentiam recurritur, & ipsa committit confessorio eligendo per Oratores, ut injuncta salutari poenitentia dispenset.

89 3. Oritur impedimentum criminis, quando alter conjugum, sive vir, sive foemina occidit conjugem proprium, vel conjugem compliceis, ita ut conjugicidium cum adulterio jungatur: tunc enim sive adulter, sive adultera, sive vir ipse uxoris mortem machinetur, nequit matrimonium consistere inter adulteratum, & conjugem superstitem, *cap. 5. 31. q. 1. c. 6. qui filii sint legit. cap. 1. cap. 3. cap. 6. b. t. L. fin. t. 2. p. 4. Sanch. de Matr. L. 7. D. 78. num. 2. 4.* Quando intervenit homicidium ab ipsis factum, vel eorum jussu, aut consilio, sed sine adulterio, eo tamen animo, ut possint matrimonium contrahere, mortuo conjuge, *cap. 1. de Consec. infidel.* Et hoc impedimentum, cum tantum jure Ecclesiastico sit inductum, non comprehendit infideles. Sed etiam si unus sit infidelis, & homi-

Tom. II.

cidium sit factum à fideli, vel saltem hæc est particeps talis homicidii ab infideli commissi: quamvis à fideli sit commissum, ut infidelis per matrimonium cum fideli ad fidem convertatur, contrahitur impedimentum: eo quod tale damnum tali lucro Ecclesia compensare non velit, *cap. 1. de Consec. infidel.* Et cum nequeat dirimi matrimonium ex parte fidelis, quin etiam ex parte infidelis dirimatur, hinc tale impedimentum indirectè comprehendit infidelem. *Gutier. de Matr. cap. 105. num. 6. Sanch. de Matr. L. 7. D. 78. num. 3. & alii.* Si tamen infidelis committat homicidium, quin fidelis sit particeps, cum tunc nulla infideli imponatur poena, à neutro incurritur hoc impedimentum. Insuper, ut hoc impedimentum incurritur requiritur, quod tam ad iterium, quam homicidium sit consummatum, & perfectum, & non solum attentatum, *cap. 5. 31. q. 1.* Et licet aliquando dicatur homicidium machinatum, debet accipi cum effectu: *arg. cap. 4. de Cleric. non resid. D. Thom. in 4. D. 35. q. iii. Gloss. in cap. 3. b. t. & ibid. Barb.* Nec sufficit mandatum conjugem occidendi, si mors non sequatur: imò nec ipsa mors, si non sequatur ex mandato: & homicidium debet fieri ex animo matrimonium contrahendi cum complice adulteri: nam si ex libidine, vel alia causa mors inferatur ab adultero non incurritur hoc impedimentum, quod est stabilitum, ne quis facile conjugem occidat adultera spe cum ea contrahendi. *D. Thom. in 4. D. 37. q. 2. art. 2. Sanch. de Matr. L. 7. D. 78. num. 13. Barb. Gonz. in cap. fin. b. t. n. 4.* Deinde adulterium debet esse non tantum materiale, sed & formale: hoc est, quod adulter occidens sciat, conjugem complicem esse conjugatum. Nec sufficit, si uterque complex si conjugatus, & talem se esse noverit, si alterum esse conjugatum ignoret. *Sanch. de Matr. lib. 5. Gutier. Perez, & alii.* Item adulterium debet esse ante conjugis homicidium: nam post ejus mortem copula jam non esset adulterium ex parte ejus, cujus conjux occisus erat.

90 Perfectò: ut contrahatur hoc impedimentum ex sola machinatione sine adulterio debet intervenire mors: si enim solum affectus, vel conatus, non verò mors effectivè secuta sit, non datur impedimentum. Et quidem mors debet esse orta ex tali machinatione: non secuta ex culpa, vel negligentia ipsius occisi, vel Medici, vel aliunde, *cap. 5. 31. q. 1. Non*

H. ta

tamen requiritur, quod physicè propriis manibus mortem causent delinquentes, & machinantes; sed sufficit cooperatio moralis per mandatam, vel consilium. Item debet uterque machinari, nec sufficit, si unus tantum in mortem conjugis machinetur, *cap. 1. de Convers. Infidel.* Nec sufficit ratihabitio necis factæ nomine unius conjugis. *Saneb. de Matrim. L. 7. D. 78. n. 6. Gonz. in cap. fin. b. t. n. 4.* Et talis machinatio debet fieri animo contrahendi cum complice, non tamen est necesse, quod ambo contrahere matrimonium intendant, sat est unum hoc intendere: & hoc animo præsumentur in foro exterioro facta talis machinatio, seu mors, etiam quando aliquo signo externo non exprimitur. *Saneb. de Matrim. lib. 7. D. 78. n. 19.* Omnes casus hujus tituli optimè à N. R. Alfonso explanantur in *L. fin. tit. 2. p. 4. ibi: La primera es, si qualquiera de ellos matasse, ó fiesse matar, ó fuesse en consejo de la muerte del otro marido, ó de la muger, con entencion que casasen despues en uno. La segunda, si aquel que yace con ella le jurasse, ó le prometiesse que casaria con ella, despues que fuere nuerto su marido. La tercera, si alguno yoguiesse con muger agena, é se casasse con ella, seyendo vivo el marido de ella, non valdria el casamiento, que antes oviesse fecho. Esto mismo seria de la muger, que fiesse adulterio con otro casado, en alguna de estas tres maneras sobredichas: fueras ende si alguno de ellos non supiesse, que era casado el otro, quando se casó con él. Latè Saneb. de Matr. lib. 7. D. 78. & 79.*

91 In hoc impedimento, quando provenit ex homicidio, si publicum est, nec Papa dispensare solet; ut sic tollatur occasio captandæ mortis alienæ. Et ideo *Glem. VIII.* noluit in eo dispensare. Si occultum est, Sacra Pœnitentiaria ex gravissimis causis dispensat, commissa facultate confessario ab Oratore eligendo; qui debet imponere delinquenti, gravem, & diuturnam pœnitentiam scilicet, jejuniū, Missas, orationem, elemosynam, & alia hujusmodi pro anima defuncti. Et vix conceditur dispensatio, si veneno interveniente secuta est mors; quia plus est hominem veneno, quam gladio occidere. *L. 1. C. de Malef. & Mathem.* Hoc impedimentum criminis, licet aliquando in pœnam delinquentium sit inductum, non habet tantum rationem pœnæ, sed & inhabilitatis, sicut affinitas, etiam ex copula illicita proveniens. Et hinc etiam hoc delictum

committentes ignorent, ipsi esse annexum hoc impedimentum, ab ipsis incurritur; quia in matrimonii præcipue inspicitur, quid deceat, vel honestum sit. *L. 14. §. 2. ff. de Ritu nuptiar. L. 197. de Reg. jur.* Et semper deest, inter tales personas non contrahi matrimonium, & sic servatur in praxi. Excommunicatio verò, vel alia Censuræ Ecclesiastica, cum non incurrantur sine contemptu, & contumacia, & hæc in ignorantia deficiat. *L. 50. ff. Locat. non incurruntur ab ignorante, cap. 2. de Constitut. in 6.* quod aliter se habet in impedimento criminis: quamvis Major. Palud. & alii, tenent hoc impedimentum non incurri ab ignorante.

TIT. VIII.

De Conjugio leprosororum.

92 CUM in præsentī de Conjugio Leprosorum agatur, oportet aliquid de Leprosia, & de Lepra dicere. Leprosi semper fuerunt exclusi, & separati à cæterorum communicatione. Hinc cum Job esset Lepra percussus fuit extra Civitatem ejectus, & in sterquilino permansit. Nam hæc infirmitas est contagiosa non solum per contactum, sed & ad distans, quia fomitem relinquunt. Lepra sic communiter definitur: *Est asperitas cutis cum pruritu, & corporis colliquatione ex humore melancholico orta depascens profundas cutis partes intrat squamarum piscium ex se mittens.* Et est triplex. 1. dicitur *simplex*, scilicet, quando est cum pruritu, & asperitate, & squamis. 2. dicitur *media*, quando, scilicet, est cum majori pruritu, & squamis durioribus profundiora ulcera causans. 3. *foetidissima* dicitur, quando, scilicet, humor, ita acris est, ut corrodatur, cartilagine, & ossa, decidunt capilli, anhelitus foetet, labia fiunt crassiora, vox rauca cum difficultate respirationis reperitur, frons intumescit cum quibusdam eminentiis tuberosis. Et hæc dicitur *Elephantiasis*, seu *lepra Leonina*, quia leprosi cutis aliqualem similitudinem, quoad asperitatem gerit cum pelle Elephantis, vel Leonis palpebris. Matrimonium quidem consummatum, nec per lepram, nec per alium quemcumque morbum dissolvi potest, quoad vinculum. Siquidem indissolubile est Jure Divino. *Matth. 19. v. 9. cap. 25. §. 2. q. 7. cap. 1.*

de Conjugio Leprosorum.

b. t. L. 7. tit. 2. p. 4. ibi: Nin aunque se fiesse gazo, id est, leprosus. Imò nec matrimonium ratum; nam hoc solum per Religiosam Professionem, *cap. 2. cap. 7. de Convers. conjugat.* vel dispensationem Pontificiam valet dissolvi; & certè lepra potest esse justa causa talis dispensationis. *Saneb. de Matr. L. 2. D. 16. n. 5.* Et sic intelligitur *Text. in cap. 18. §. 2. q. 7. ibi: Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuit abstitum viro reddere, quid ejus faciat conjugalit: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinencia vacaret, sed quia hoc magnorum est: ille qui se non poterit continere, nubat magis.* Vel potius debet intelligi, non de infirmitate à lepra, vel alio morbu proveniente, sed ab articulatione, ob quam foemina non potuit à viro cognosci; ac proinde cum matrimonium ob impedimentum impotentia non fuisset validum, ideo marito permittitur, secundas nuptias contrahere, reddendo prius dotem mulieri, vel alia subsidia ex charitate ministrando. *Bellarmin. de Matrim. L. 1. cap. 11. Gonzal. in cap. fin. b. t. n. 9.* Nec magis obstat *Textus in cap. fin. b. t.* ubi Pontifex rogatus, an si unus sponsor lepræ morbum incurrat, alter ad consummandam maritalem copulam compelli debeat, respondit, illum ad eam accipiendam cogi non debere, cum nondum matrimonium inter eos fuerit consummatum; nam clare patet ex ipso Textu, agi, non de consummatione matrimonii per copulam, sed de perfectione matrimonii de præsentī per consensum, prout matrimonium à sponsalibus differt. *Gonz. in cap. fin. b. t. n. 8.*

93 Si lepra maligna sit, & contagiosa, ita ut ex cohabitatione, & redditione debiti infectionis periculum timeatur, cum pro eo casu non se intendissent conjuges ad cohabitandum obligare, sic dicente charitate, potest sanus à leproso divertere, quoad cohabitationem, & torum. *L. 7. tit. 2. p. 4.* Nec tenetur debitum reddere. Et cum juxta Medicos majus periculum imminet viro, quando mulier est leprosa, quam mulieri, quando vir leprosus est, hinc, quando mulier est in ultima specie lepræ, quæ dicitur *Leonina*, vir non tenetur reddere: si vir patitur hecticam, vel aliam gravem infirmitatem, ita ut sine periculo vitæ non possit reddere debitum, ad hoc non tenetur, cum charitas bene ordinata incipiat à semetipso. *Gregor. Lop. in L. 7. tit. 2. p. 4. Potest tamen sanus leproso de-*

bitum reddere, etiam si timeat infici, quia huic periculo præponderat amor conjugalit, & vitatio incontinentiæ. *Saneb. de Matrim. lib. 9. D. 14. num. 23.* si lepra, vel morbus sit talis, ut ex eo nullum, vel saltem leve contagiosis periculum conjugii imminet, tunc enim nequit sanus à leproso separari, *cap. 1. cap. 2. b. t. L. 7. tit. 2. p. 4. Nav. Man. cap. 16. n. 25. Saneb. de Matr. lib. 9. D. 24. 17. Barbos. in cap. 2. b. t. n. 2. Gonz. in cap. fin. eod. n. 8.* Conjug sanus potest, & tenetur leproso debitum reddere, quando ipsi nullum infectionis imminet periculum. *L. 7. tit. 2. p. 4.* Licet hoc imminet proli, si quidem ipsi nulla sit injuria imò favorem ex concubitu consequitur, scilicet, vitam, & melius est vitam cum lepra habere, quam carere vita. *D. Thom. in 4. D. 32. q. un. art. 1. ad 4. D. Bonav. Scot. Saneb. de Matr. lib. 9. D. 24. n. 25. & alii contra Medin. Palacios, & alios.* Etiam quando nulla timeatur infectio ex redditione debiti, si ob magnum horrorem, attentis circumstantiis tum gravitatis, & foetoris lepræ, tum complexionis conjugis sit sano valde difficile reddere debitum; cum ad opus adeò difficile non teneatur, cum moraliter impossibile reputetur; *argum. L. 185. ff. de Regul. jur. cap. 6. eod. in 6.* excusatur ab ejus redditione. *Saneb. de Matr. L. 9. D. 24. n. 21. L. 7. tit. 2. p. 4. Juncta Gloss. ibid. Gregorius Lopez contra Scot. in 4. D. 32. q. un. art. 1. ad 2.* sed non facile est excusandus à cohabitatione, & aliis conjugalibus obsequiis, nam in eis non adeo, ut in concubitu imminet infectionis periculum. *L. 7. tit. 2. p. 4. ibi: Mas debel servir en las obras cosas. Si conjug sanus ante matrimonium scivit conjugis lepram, cum credatur juri suo renuntiasse, non potest postea excusari à cohabitatione, vel redditione debiti, *arg. cap. 2. b. t. ibid. Barbos. n. 4. Saneb. de Matr. L. 9. D. 24. n. 22.**

94 Quando lepra præcessit sponsalia, & conjug sanus non ignoravit leprosi infirmitatem, non potest à sponsalibus rescillire; quippe qui suo juri renuntiasse censetur; nec scienti, & consentienti fit injuria, *cap. 27. de Regul. jur. in 6.* Si ignoravit conjugis lepram, vel si hæc post sponsalia supervenit, sponsalia solvuntur ex parte sani, *cap. fin. b. t.* etsi jurata sint. Nam juramentum sequitur naturam contractus, cui accedit, *cap. 25. de Jur. jur.* quia quando supervenit lepra, magna fit mutatio ex parte leprosi, qua prævisa alter non contraheret; & idem est, quando